CONSPECTUS NOVISSIMÆ AC OMNIUM LOCUPLETISSIMÆ SACRORUM...

325.18

CONSPECTUS
NOVISSIMÆ
AC OMNIUM LOCUPLETISSIMÆ
SACRORUM CONCILIORUM
EDITIONIS

QUAM SOCIETATIS MORE

Aggreditur Antonius Zatta Typographus Venetus.



VENETIIS,

MDCCLVIII.

SUPERIORUM FACULTATE.

287

ANTONIUS ZATTA TYPOGRAPHUS VENETUS.

Poſt editas nitidiſſimis typis *S. Gregorii Nazianzeni*, nec non *SS. Dionyſii Areopagitæ*, & *Clementis Alexandrini* Lucubrationes Græco-Latinas, poſt vulgata inſignium Poetarum *Petrarchæ*, & *Dantis* opera, eaque non ſolum præſtantiſſimis Commentariis, noviſque acceſſionibus aucta, ſed elegantiſſimis etiam figuris ornata, ampliſſimum ac vaſtiſſimum Opus, multiſque eruditorum votis expetitum aggredior, Novam nempe Sacrorum Conciliorum omnium Collectionem ad Regiam quidem Veneto-Labbeanam Editionem exigendam, ſed tot tantiſque monumentis ab eruditiſſimo *Patre Dominicus Manſi* præcipue auctam, & locupletatam, ut nova proinde Conciliorum Collectio merito dici poſſit. Cujus quidem ſuſcepti operis conſpectum ut eruditis Lectoribus ſiſtam, quid in prioribus editionibus præſtitum ſit, quidve no-

varum acceſſionum huic noſtræ
mum erit paucis exponere.

Sacris Conciliorum Collection
eveniſſe conſtat, quod fluviis a
quo longius a ſuis finibus decu
rem aquarum copiam, & ampli
tia ſibi acquirant. Prior ſiquide
Editio, quæ a Jacobo Merlino P
ſis Pœnitentiario anno 1524. ad
Tomos complectebatur, quæ de
Crabbe Michliniensem Minorita
mentis locupletata, duobus tomi
plioribus prodiit. Laurentius de
vulgavit Coloniæ quatuor tomis
ſolum aliquot locorum millia a
rum Codicum fidem diligenter
etiam Conſtitutionibus Apoſtolic
aliis Antiquitatis Eccleſiaſticæ m
in id uſque tempus deſiderata f
liorum theſaurum locupletavit.
pit Veneta in quinque tomos di
neram Biniana, quæ nimirum
opera prodiit, in novem tomos
Scholiis & annotationibus illuſtra
& voluminum numero, & aug
typorum apparatu antecellit Re
ginta ſeptem tomos diffuſa 164
diit. Hanc proxime duæ aliæ ſe
licet voluminum numero huic I
minutioribus quippe typis expreſſa
ciliorum atque monumentorum

Conciliorum hiſtoriam pertinentium copia Regiam longe ſuperant. Prior eſt, quam Vir Clariſſimus Philippus Labbeus S. J. aggreſſus eſt, & operi immortuus Gabrieli Coſſartio perficiendam reliquit. Poſterior ea eſt, quam Joannes Harduinus ejuſdem Societatis Presbyter juſſu Gallicani Cleri Pariſiis anno 1715. regiis typis vulgavit. Quæ quidem in eo ſummopere commendanda eſt, quod plurima exhibeat venerandæ antiquitatis monumenta ceteris Collectoribus prorſus incognita, quod quamplurima, quæ in Labbeo mutila & vitiata occurrunt, integra reddat & emendatiora; & tandem quod Notis, brevibus quidem, ſed appoſitis & eruditis omnia pene illuſtrata ſint. Quia tamen Harduinus ſolis Actis Conciliorum vulgandis intentus, quamplurima, quæ vel ſuppoſititia babuit, vel quæ proprie non ſunt Acta Conciliorum, ſed vel appendices, vel additamenta, ſive Conciliorum ſummaria, quæ priores Editiones, & præcipue Labbeana præſeferebant, reſecta voluit & omiſſa; hine ex eruditis quamplurimi eam veluti mancam ac mutilam improbarunt, neceſſitatemque ſibi impoſitam conqueſti ſunt, etiam Labbeanam alteram non ſine graviſſimis ſumptibus comparandam. Cui quidem incommodo ut occurrerent noſtri Veneti Bibliopolæ Albritius, & Coleti conſilium ceperunt novam Conciliorum Collectionem cudendi, & Labbeanam, & Harduinianam ita componendi, ut quæ Labbeus, & Harduinus ſeorſim ediderunt, in unum corpus redigerent

Conciliorum, & ſi qua præter
ſcriptis, vel ex editis Codicib
poſſent, insererent. Quod quic
leti Veneti Presbyteri Viri eru
abunde præſtiterunt, ut iotra ſe
ac locupletiorem editionem vig
abſolutam orbi erudito præbuer
ſolum ea omnia, quæ Labbeus
duimus, congeſta ſunt, ſed &
ta ex Baluzio, Martene, Cardi
Beſſin, Petro de Marca, Lunig
Ughello, Pagio, Chriſtiano Lu
thoribus huc translata, quæ ſ
diſpoſita videre eſt.

Perfecta huc uſque & numer
ſoluta videri poterat Conciliorum
Vir Clariſſimus P. *Dominicus Man*
virorum in colligendis Concili
eruditionem emulatus, ſex Supp
mos nuperrime vulgavit, in qu
amplius Concilia in prioribus E
ſa in lucem protulit; præter
quæ vel manuſcriptorum Codic
ac emendavit, vel conquiſitis u
mæ frugis monumentis ſupplevi
ticis, hiſtoricis, ac chronologi
etiam quandoque diſſertationibu

Hæc autem cum non infin
pars ſint, & hujuſmodi Suppleme
admodum & prioris Veneto-La
nis, quæ ceteris palmam long

exemplaria vel nulla, vel pauca admodum ſuperſint, quæ vix ſine magnis ſumptibus poſſint comparari; doleantque non immerito quamplurimi, in tanta librorum copia, tam præclarum Opus apprimeque neceſſarium in pleriſque adhuc bibliothecis deſiderari: rem non ingratam, maximeque utilem in literarorum gratiam nos facturos putamus, ſi novam Sacrorum Conciliorum Collectionem vulgandam aggrederemur, in qua præter ea ſingula, quæ Labbeus & Harduinus, & noviſſime Nicolaus Coleti ſuis Collectionibus inſerta voluerunt, ea etiam exhiberemus ſuis locis optimo ordine diſpoſita, quæ Vir Clariſſimus vulgavit, quæque inde ſe daturum pollicetur, & quam plurima alia quæ magno ſtudio conquiſita quamplures eruditi Viri nobis exhibuerunt, & in dies exhibenda ſpetamus.

Ut autem quæ huic noſtræ Collectioni augendæ ac locupletandæ, non ſine magnis curis, magniſque impendiis in id uſque tempus comparavimus, cognoſcere poſſit eruditus lector, Syllabum harum omnium acceſſionum per ſeculorum ſeriem hic dandum cenſemus: illud in anteceſſum monentes, nobis propoſitum non eſſe Acta tantummodo Conciliorum, Decretales Epiſtolas, & Summorum Pontificum Conſtitutiones hic exhibere, quemadmodum fecit Harduinus; ſed inſuper ea omnia, quæ quoquo modo in Conciliorum cenſum venire poſſunt, in rem noſtram transferre, quod & Labbeus, & Sirmondus, & Aguirre, & Surius, & Binius, & noviſ-

viſſime Wilcbinſius, ceterique C
lectores præſtiterunt.

Seculo Pri

Cum nulla, præter Apoſtol
beamus; Fragmenta tantumm
ſtolæ S. Clementis ad Corint
ejuſdemque Apoſtolicis Conſtit
tationem criticam & chronolog
Quæ autem priori hoc ſeculo,
uſque ad Syxtum III. prodieru
Pontificum Epiſtolæ, Conſtituti
ea dabimus juxta editionem quide
quæ forte additamenta occurre
Romanorum Pontificum a P.
celebri Benedictino vulgari cept
dabimus. Non enim optimum
mus Labbeano textu penitus ſu
Couſtantii integram ſubſtituere
iſtæ parum inter ſe differant,
perſuaſi rationibus, quæ in Præfa
lumini præmittenda exponentur
mum parebunt variantes lection
ta ad Epiſtolas apocryphas pri
eum Collectionis Iſidorianæ ex
Codice a *P. Manſi* erutas.

Seculo I

Unicam tantummodo dabim
Aſſemanno, a ceteris Collectorib

Patriarchicum jus per totam Aſſyriam, Mediam, ac Perſidem Archiepiſcopo Seleucienſi aſſertum eſt; eique ejuſdem Aſſemanni cenſuram adjungemus.

Seculo III.

Acta exhibebimus prolixæ diſputationis Archelai Meſopotamiæ epiſcopi cum Manete, ex quo Manichæorum ſecta originem & nomen habuit; una cum admonitione prævia *Patris Manſi*, & Alexandri Zagagni præfatione ac notis. Quibus etiam adjiciemus Actorum ejuſdem diſputationis fragmenta nonnulla ex S. Cyrillo Hieroſolymitano.

Seculo IV.

Novam Synodum dabimus incerti loci pro aſſerendo Patriarchico jure in totam Perſidem Archiepiſcopo Seleucienſi, a quatuor Patriarchis celebratam: & a V. Cl. Joſepho Simonio Aſſemanno primum prolatam, qui & præviam admonitionem, & cenſuram ſuppeditabit. Huic plures alias adjungemus, Seleucienſem nimirum præſide S. Mileſio Suſarum Epiſcopo celebratam: ex eodem Aſſemanno; Romanam, quæ licet ſuppoſititiis argui poſſe videatur, ex vetuſtiſſimo tamen codice nongentorum & amplius annorum ætatem referente deſcripta eſt; Gallicanam incerti loci pro Lapſis recipiendis; aliaſque, quas ex Philoſtorgio, Tillemontio, Aſſemanno, aliiſque Scriptoribus deſumpſimus.

Con-

Conciliis pariter a Labbeo productis quamplura ſuperaddemus; & primo quidem Illibertano Epitomen quamdam ſufficiemus ex *P. Manſi*, qui & notas quamplures adjicit, quibus non parum lucis obſcuriſſimis hiſce Canonibus accedit. Antiocheno tres Conſtantini Imperatoris epiſtolas ex Euſebio adjungemus, ad Antiochenos unam, ad Euſebium alteram, tertiam ad Synodum. Antiocheno pariter alteri, ab Epiſcopis ad Antiochenæ Eccleſiæ dedicationem convenientibus celebrato novem Canones ex antiquiſſimo manuſcripto affigemus. Sardicenſi in cauſa S. Athanaſii celebrato tres addemus epiſtolas, e pluteis Veronenſis Bibliothecæ Metropolitanæ a Cl. Maffejo erutas. Novam quoque ſufficiemus Sardicenſium Canonum lectionem ex antiquiſſimo Lucenſi manuſcripto, varianteſque cum Iſidoriana, & Dionyſiana verſione lectiones indigitabimus. Et tandem eruditam præmittemus *P. Manſi* diſſertationem, qua Sardicenſis, & Sirmienſium Conciliorum epochæ novis obſervationibus illuſtrantur ac firmantur, & plurium aliorum Conciliorum, rerumque ab Athanaſio geſtarum Chronologia corrigitur. Alexandrino & Hieroſolymitano contra Origeniſtas celebratis duas ſubdemus Synodicas Epiſtolas, quas Eruditiſſimus Vallarſius in noviſſima S. Hieronymi editione primus vulgavit, appoſitiſque notis illuſtravit. Conciliis in Gallia, Hiſpania, & Græcia celebratis coronidis loco addemus epiſtolam S. Athanaſii, in qua de hac re luculen-

tiſſi-

tiſſime differit. Romano ſecundo ſub Damaſo celebrato eruditam *P. Manſi* diſſertationem; & Romano tertio ſub eodem Damaſo ejuſdem Pontificis epiſtolam ad Paulinum Antiochenæ urbis Epiſcopum ſuperaddemus. Conſtantinopolitano Generali ex antiquiſſima Verſione, quæ in vetuſto Lucenſi MS. legitur, quorumdam Canonum interpretationem dabimus. Tandem Romanum ſecundum ſub Silveſtro, Gangrenſe, Neoceſarienſe, Anciranum, & Nicænum variantibus lectionibus; Alexandrinum, Ceſarienſe, Trevirenſe, Carthaginenſe, Nicopolitanum, Capuanum, & Taurinenſe animadverſionibus partim criticis, partim Chronologicis; Leptenſe vero, & Carthaginenſe tertium novis Canonibus aucta atque illuſtrata prodibunt.

Decretalibus quoque Summorum Pontificum ſua non deerunt hoc ſeculo additamenta. S. Silveſtro ſubjiciemus ex Galano ſcripturam quamdam, apocrypham quidem, ſed antiquiſſimam, quæ Autographum amoris inſcribitur, aliaque nonnulla. Julio Papæ epiſtolam quamdam ad Dionyſium Alexandrinum, de cujus ſuppoſitione eruditam pariter dabimus Ludovici Muratorii diſquiſitionem: & tandem Anaſtaſio aliam ſufficiemus ad Simplicium epiſtolam, quam inter Hieronymi opera edidit Vallarſius.

Seculo V.

Hoc pariter ſeculum plurima Concilia in

ce-

ceteris editionibus prætermiſſa præſeferet; & I. quidem Synodum Italicam pro reſtituendo S. Joan. Chryſoſtomo ab Innocentio Primo coactam. II. Synodum quamdam Seleucienſem, quam ex Syrorum lingua transferendam euravit Fridericus Cardinalis Borromeus, quamque ex MS. Ambroſianæ Bibliothecæ primus vulgavit Muratorius inter Ant. M. E., & erudita præfatione, additiſque Anonymi interpretis notis illuſtravit. III. Corinthiam in eauſa Perigenis ad Corinthium epiſcopatum transferendi. IV. duas Conſtantinopolitanas, quarum prior pro componendis Eccleſiarum diſſidiis; poſterior vero pro Anatolio Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præficiendo celebrata eſt. V. Tres Antiochenas aliaſque in Oriente pro S. Cyrillo Alexandrino Patriarcha, & contra eumdem Cyrillum celebratas. His Synodum Numidiæ, Tricaſſinam, Cteſiphontis in Perſide, duaſque Seleucienſes ſuperaddemus; eaſque etiam adjiciemus, quæ pro Neſtoriana hæreſi, & Sacerdotum conjugio confirmandis a Neſtorianis Epiſcopis variis in locis habitæ ſunt.

Pluribus pariter Conciliis a Labbeo relatis inſignia additamenta præſtabimus ex *P. Manſi*. Et primo quidem Concilii Generalis Chalcedonenſis Canones, & vetuſtam fidei confeſſionem ea in Synodo datam ex verſione quadam Latina antiquiſſima afferemus. Novam pariter anathematiſmorum S. Cyrilli Latinam verſionem dabimus ex vetuſtiſſimo codice; ex eoque etiam in-

inſigne additamentum epiſtolæ ab eodem Concilio ad S. Dalmatium datæ. Coronidem tandem huic Concilio imponet egregia Leontii Monachi pro eodem Concilio Apologia, quam ex vetuſto codice Venetæ S. Marci Bibliothecæ primus in lucem protulit Antonius Bongiovanni, & interpretatione, notiſque illuſtravit. Concilio Romano nonnullas Gelaſii Papæ epiſtolas adjiciemus, ejuſque celebre de probandis, improbandiſque libris decretum, quale in tribus vetuſtiſſimis codicibus legitur, tribus columnis diſtinctum repræſentabitur. Romano ſub Hilaro Papa celebrato duos integros Epiſcoporum catalogos, quorum unus ex codicibus Vaticanis a Lupo erutus, alter ex vetuſto Lucenſi codice deſcriptus eſt, affigemus. Pſeudoepheſinæ Synodo libellum quemdam ab Aſiaticis Epiſcopis Imperatori oblatum dabimus ex Evagrio. Conciliabuli Conſtantinopolitani, cujus pauca tantummodo ex Pagio profert Venetus Labbei editor, pleniorem hiſtoriam dabimus. Duobus Conciliis in cauſa Symachi Pontificis, aliiſque ſub eodem Symacho, Felice III. & Leone Magno celebratis; duobus pariter Conſtantinopolitanis, nec non Toletano, Carthaginenſi, Berytenſi, Aurelianenſi, Africano &c. quamplures animadverſiones ſive criticas, ſive chronologicas, nonnulloſque Canones in aliis editionibus omiſſos adjiciemus. Synodos Africanas hujus & ſuperioris ſeculi partim diligentius diſtinguemus, partim e MS. codice Lucenſi inte-

tegriores dabimus, lucem præbentibus Ballerinis Fratribus in Append. ad Opera S. Leonis Magni recentiſſimæ Venetæ editionis.

Decretales quoque Romanorum Pontificum Innocentii Primi, Bonifacii Primi, Cæleſtini, Leonis Magni, ac Gelaſii novis monumentis auctæ, noviſque obſervationibus a *P. Manſi* illuſtratæ prodibunt, adjunctis etiam iis quæ nuperrimi Operum S. Leonis Magni Editores, nempe P. Cacciarius Carmelita, & Ballerini fratres, ille Romæ, hi Venetiis ſive animadverterunt, ſive addiderunt.

SECULO VI.

Nova pariter hoc ſeculo recenſebimus Concilia a noſtris Collectoribus omiſſa, Cenomanicum nimirum ex Mabillonio; Salonitanum ex Thoma Archidiacono Rerum Dalmaticarum Scriptore; Theimenſe ex Galano; Britannicum ex Wilchins; nonnullaque alia, & præcipue Conſtantinopolitana in cauſa Anthimi celebrata, una cum erudita *P. Manſi* animadverſione, qua perplexa horum Conciliorum, & depoſiti damnatique Anthimi hiſtoria elucidatur. His etiam nonnulla ſuperaddemus ab Hæreticis habita; Toletanum nimirum ab Arianis, pluraque alia vel ab Eutychianis, vel a Neſtorianis pro reſtituenda præcipue illarum Eccleſiarum diſciplina diverſis in locis celebrata.

Plura pariter quæ a Labbeo ſuppeditantur Concilia, in noſtra Collectione novas acceſſiones no-

novamque lucem accipient. Epaonenſi ſiquidem, Agathenſi, Suffetulenſi, Aurelianenſi, & Arvernenſi Conciliis novos Canones antea ineditos ex optimæ notæ manuſcriptis addemus. Matiſconenſis, & Barchinonenſis Conciliorum Canonibus genuinam lectionem ex iiſdem manuſcriptis reſtituemus. Britannicum, Antiochenum, Ilerdenſe, Valentinum novis additamentis ſupplebimus. Lugdunenſe tandem, Jnncenſe, Valentinum alterum, Carpentoratenſe, Gradenſe, Maranenſe, Hieroſolymitana duo, & nonnulla Conſtantinopolitana contra Severianos celebrata eruditis animadverſionibus partim criticis, partim chronologicis ex *P. Manſi* mutuatis illuſtrabimus.

Decretalibus etiam Summorum Pontificnm ſuas dabimus appendices. Hormiſdæ ſubjiciemus epiſtolam; Felici IV. Decretum quoddam ex Agnello Ravennatenſi apud Mnratorium; Vigilio epiſtolam ad Clerum Romanum, Legatis Gallorum ab illo traditam, & aliam ejuſdem Cleri epiſtolam ad Gallos, quas recitat Baluzius. Pelagio II. Decreta nonnulla, & aliquarum epiſtolarum fragmenta, ex eodem Baluzio, & vetuſto quodam manuſcripto. Quibus omnibus varias *P. Manſi* obſervationes adjungemus. Decreta tandem nonnulla Pontificum hujus ſeculi ex Collectione MS. Cardinalis Deusdedit a Ballerinis Fratribns eruta huc etiam transferentur, quibus & alia accedent a *P. Manſi* ſecundis curis nunc primo detecta.

SE-

Seculo VII.

Plura pariter dabimus hoc ſeculo ex *P. Manſi* Concilia, quæ Labbeum alioſque Collectores ſugerunt, videlicet Londinenſe, Cantuarienſe, duo Gallicana, Trevirenſe, Cretenſe, Marlacenſe, Northumbrenſe, Avelutenſe, Hibernicum, Cretenſe, Bacenceldenſe, Romanum, & duo Conſtantinopolitana, quorum Acta, qualia ſuperſunt, dabimus ex P. Combeſis inter Opera S. Maximi. His nonnulla ſubdemus Pſeudoconcilia; geminum videlicet Theſſalonicenſe pro adſerendo Monothelitarum errore; & quinque Neſtorianorum in Aſſyria, Perſide, & Arabia circa varia fidei, vel potius hæreſis, & diſciplinæ capita celebrata; in quorum unu prolixam epiſtolam Jeſuiabi Adiabenorum Metropolitæ ad epiſcopos regionis Garmæorum in Synodo collectos datam recitabimus.

Nonnulla pariter recenſita a Labbeo Concilia, qualia ſunt Hiſpalenſe, Clippiacenſe, Matiſconenſe, Alexandrinum, Toletanum Quartum, Pariſienſe, Aurelianenſe, Cabilonenſe, Auguſtodunenſe, Senonenſe, & Romanum, partim Canonibus hucuſque ineditis, aliiſque monumentis aucta, partim novis animadverſionibus illuſtrata prodibunt.

Decretales quoque Romanorum Pontificum ſuas præſeferent appendices. Epiſtolis ſiquidem Deusdedit Papæ addemus decretum quoddam de electione Romani Pontificis, quod ex Udalri-

rico Bambergenſi exhibet Eccardus. Bonifacio V. epiſtolam ad Juſtum Cantuarienſem Archiepiſcopum; & Honorio I. alteram epiſtolam ad Honorium pariter Cantuarienſem Archiepiſcopum, quas ex Wilchins excerpſimus. Vitaliano Papæ adjiciemus epiſtolas quatuor, quarum tres ex vetuſto Caſſinenſi codice primus vulgavit Cl. Muratorius in ſuo illo de Rebus Italicis inſigni opere; quartam vero exhibet idem Wilchins. Adeodati pariter, Leonis II. & Sergii Primi epiſtolis, ac decretis ſua dabimus additamenta. Et tandem ad Capitula Theodori Cantuarienſis Archiepiſcopi, quæ recitat Labbe, Pœnitentiales nonnullos Canones ex libello de Remediis peccatorum apud Martene decerptos attexemus.

SECULO VIII.

Plura quoque hoc ſeculo ſuppeditabit Concilia *P. Manſi*, huic noſtræ Collectioni noviter inſerenda. I. Concilium quoddam in Vico Valari in Etruria habitum ad decidenda jura quædam inter Aretinum, & Senenſem Epiſcopum, ex Muratorio in Antiquitatibus Italicis. II. Conſtantinopolitanum, in quo Germanus ex Epiſcopatu Cyzici ad ſedem Conſtantinopolitanam transfertur; cujus ſententia a Synodo lata ex Theophane Græce & Latine exhibetur. III. Romanum, cujus nomen tantummodo extat apud Labbeum; nos vero integra dabimus ipſius Acta ex opuſculo quodam a Muratorio vulgato; & ad

 duas

duas Literas Stephani Papæ, quæ hujus occaſione recitantur, appoſitam cenſuram ſubjiciemus. IV. Romanum II. a Stephano II. habitum in cauſa Sergii Archiepiſcopi Ravennatis; ex Agnello apud Muratorium. V. Romanum alterum ſub Stephano III. cujus excerpta tantummodo quædam Actionis ſecundæ & tertiæ ab Holſtenio hinc inde corroſa dedit Labbeus; nos vero integrum dabimus præcipue ex V. Cl. Cajetano Cenni, qui priorem ipſius Synodi Actionem ex vetuſtiſſimo Veronenſi Codice acceptam Vaticanis typis vulgavit, eique Præfationem, & prævium Commentarium, eruditamque diſſertationem, quæ huic pariter noſtræ Collectioni inſerentur, adjecit. VI. Romanum aliud ſub Hadriano, partim dubium, partim commentitium, in quo jus datum fertur Carolo Magno Pontificem ipſum eligendi, & inveſtitutas concedendi. Cui accedet Planctus B. Eugenii de rebus in hac Synodo actis. VII. aliud Romanum ſub eodem Hadriano pro confirmatione Francfordienſis Concilii, & Felice, atque Elipando damnandis celebratum. VIII. tandem Wigornienſe, Aderbournenſe, Hieroſolymitanum, Germanicum incerti loci, Gallicanum, Moguntinum, & duo Ratiſponenſia. Quibus etiam nonnulla addemus ab Æthetodoxis celebrata; Hiſpanum nimirum ab Epiſcopis Felici, & Elipando faventibus; Hierapolitanum ab Eutychianis; Tarvanenſe, & Tolenſe a Jacobitis, aliaque &c.

Nonnulla pariter a Labbeo relata novis acceſ-

ceſſionibus ſupplebimus. Romano II. ſub Gregorio III. addemus ipſius Gregorii epiſtolam, qua Gradenſem Patriarcham ad hanc Synodum accivit. Cloveshovienſi ſubſcriptiones Epiſcoporum, quæ in Labbeana deſunt, ſubſtituemus. Romano alteri ſub Zacharia ſufficiemus ex antiquiſſimo codice catalogum Epiſcoporum qui huic Concilio interfuerunt; variantes inſuper lectiones, quibus vitiata Labbei lectio corrigitur, & poſtremo capita quædam quæ in editis fruſtra requiruntur. Libello Canonum Pœnitentialium, quem ſub Bedæ nomine exhibet Labbe, quemque vel ſuppoſitum, vel interpolatum ſuſpicantur nonnulli, alium ex Martene ſupponemus ſincerum ac genuinum. Leprinenſi & duobus Compendienſibus Canones addemus, & obſervationes. Francofordienſi, Vernenſi, Veneto, Gentiliacenſi, Romano, Bacenceldenſi, & duobus Aniriacenſibus vel novas appendices, vel novas animadverſiones adjungemus. Et tandem de Synodis in Germania, Gallia, & Italia a S. Bonifacio, & S. Zacharia Papa habitis, quarum obſcura admodum & perplexa eſt Chronologia, diſſertationem luculentiſſimam ſuppeditabimus ex *Patre Manſi*.

Decretalibus quoque Romanorum Pontificum ſua aderunt additamenta. Joannis VII. epiſtolis præter criticam adnotationem, Epiſtolam unam ſufficiemus. Gregorio II. epiſtolam ad Epiſcopos Angliæ, & Canones aliquos Pœnitentiales. Gregorio III. Epiſtolam pariter unam ad Epiſcopos

In Tuſcia Longobardorum. Paulo Primo epiſtolam ad Egbertum Eboracenſem Archiepiſcopum, & Eadbertum Regis Anglorum filium. Leoni III. Epiſtolam ad Athelardum Archiepiſcopum Dorobernenſem, cui ob ſimilitudinem argumenti duas alias attexemus, unam nimirum omnium totius Britanniæ Epiſcoporum & Sacerdotum ad ipſum Leonem; alteram Caroli Magni ad Offam Merciorum regem, quam refert quidem Labbeus, ſed mutilam exhibet & obtruncatam. Stephano tandem III. duas epiſtolas, quas in unica confuſas & male confertas dederat Labbeus, diſtinctas dabimus ex Codice Carolino apud Muratorium; eique epiſtolæ ad Fulradum S. Dionyſii Abbatem datæ, quam ex Sirmondo exhibet Labbeus, aliam e regione opponemus, quam ex manuſcriptis Codicibus eruit Mabillonius; de cujus germanitate non levis eſt inter eruditos controverſia.

SECULO IX.

Uberrimam Conciliorum ſegetem ſuppeditat hoc ſeculo *P. Manſi*, videlicet Cloveshovienſe, Aquiſgranenſe, Venetum, Mantuanum ſecundum, Kingſtonienſe, Lugdunenſe, Morynenſe, Theatinum, Senonenſe, Rotonenſe, Moguntinum, Turonenſe, Lingonenſe, Attiniacenſe, Piſtenſe, Laudunenſe, Hieroſolymitanum, Antiochenum, Alexandrinum, Ravennatenſe, Tegernſeenſe, Firmanum, Francofurtenſe, Gallicanum, Catalaunenſe, Compendienſe, & Ticinen-

ſe

ſe geminum, Mediolanenſia tria, Romana ſexdecim, Conſtantinopolitana novem; quibus duo alia adjungemus Iconomachorum Conſtantinopoli pariter celebrata; duo Neſtorianorum in Perſide, & unum Jacobitarum: in quibus plura pro Eccleſiaſtica diſciplina conſtitura narrat in ſua Orientali Bibliotheca eruditus Aſſemanni.

Nec minora ſunt additamenta, quæ Conciliis a Labbeo traditis ſumus allaturi. Etenim Concilio Aquiſgranenſi pro Monachorum reformatione habito, præter animadverſiones *P. Manſi*, addemus S. Simperti Auguſtani Epiſcopi regularia ſtatuta ad uſum Morbacenſis monaſterii ab eo directa, quibus ſinceri Canones Aquiſgranenſis Concilii, ab aliis alterius Concilii deteguntur & diſtinguuntur. Reiſpacenſi ultra adnotationem chronologicam, ſubjiciemus Encyclicam Arnonis Epiſtolam de celebranda Synodo. Lugdunenſi Synodicam ejuſdem Concilii Epiſtolam, ex qua ejus acta quæ perierunt innoteſcunt; & huic alteram præmittemus, & quidem prolixam Agobardi Lugdunenſis Archiepiſcopi de aſſenſu Synodi, ejuſdemqne argumenti, ad Imperatorem directam. Pariſienſi Inſtrumentum quoddam Inchadi Pariſienſis Epiſcopi, ex quo Epiſcoporum qni Concilio interfuerunt, nomina in lucem prodeunt. Cariſiaco Opuſculum quoddam de cauſa fidei apud Cariſiacenſe Epiſcoporum Concilium nuper habita. Mogentino ſecundo diploma Ludovici Germanici. Duobus Romanis ſub Eugenio II. & Leone IV. cele-

bratis variaotes lectiones, & Collectoris admonitionem. Cariſiaco alteri capitula quædam a Carolo Magno, & Ludovico Imperatoribus in eo Concilio data. Ticinenſi ultra variantes lectiones ſubjiciemus etiam leges a Ludovico II. in hoc Concilio promulgatas, quarum quidem partem recitat Labbeus, nos vero ceteras dabimus ex Muratorio. Concilio apud Theodonis Villam celebrato duas ſufficiemus Flori Diaconi ad hoc Concilium Epiſtolas adverſus libros Amalarii. Concilio apud Bonoilum ultra chrooologicam adnotationem, dabimus quoque Privilegium quoddam Epiſcoporum Concilium illud celebrantium pro Aniſulenſi Monaſterio. Wormatienſi ultra chronologicam adnotationem diploma quoddam dabimus Ludovici Germaniæ Regis, nec non duas Bullas Nicolai Primi, quarum priore Acta hujuſce Synodi approbat, poſteriore vero Hamburgenſem, & Bremenſem epiſcopatus conjungit. Concilio Italo, quod per indicem taotum deſignavit Labbeus, Bullam Hadriani, quæ rerum in hoc Concilio geſtarum pars eſt, dabimus ex Campi. Cloveshovienſis Concilii decretum, quod mutilum ex Spelmanno dedit Labbeus, integrum dabimus ex Davide Wilchins. Cooſtantinopolitani Concilii Canonibus, quos ex Jure Græco-Romano hinc inde corroſos dedit Labbeus, integriores alios ſubſtituemus numero majores, quales ex MS. Codice vulgavit Cotelerius: iiſque epiſtolam quaodam ſufficiemus Leonis IV. Pon-

Pontificis, quam ſine auctoris nomine, & in canones diſtributam vulgarunt Martene, & Durand; in eamque *Manſi* adnotationes. Concilia tandem Vermerienſe, Tricaſſinum, Colonienſe, Wormatienſe, Senonenſe, Moguntinum, Attiniacenſe, Turonenſe, Metenſe, Compendienſe, Aquiſgranenſia duo, Pariſienſia tria, Romana quatuor, pluraque Conſtantinopolitana, & præcipue ea quæ ſub S. Nicephoro, vel in ejus cauſa celebrata ſunt, partim novis, rariſque monumentis aucta, partim novis animadverſionibus ac diſſertationibus illuſtrata in hac noſtra Collectione exhibebimus.

Decretalibus quoque Romanorum Pontificum ſua dabimus additamenta. Paſchali Primo duas adjungemus epiſtolas, unam quidem ad Archiepiſcopum Mediolanenſem cum admonitione prævia *P. Manſi*; alteram vero ad Petronacium Archiepiſcopum Ravennatem, quam licet etiam reddat Labbeus, quia tamen lacunis & pleriſque erroribus ſcatet, ideo ſinceriorem ex Autographo Ambroſianæ Bibliothecæ recudendam cenſemus. Nicolao Primo, præter novam ejuſdem epiſtolarum ſyllogen, quatuor alias epiſtolas, & aliquorum decretorum fragmenta a *P. Manſi* ex MS. Codice nuper edita adjiciemus. Formoſo epiſtolam ſupponemus ad Angliæ Epiſcopos datam, & Davidis Wilchins eruditis obſervationibus illuſtratam. Bullam pariter pro Eccleſia Gerundenſi una cum prævia Dominici Georgii Rhodigini admonitione, & quarundam aliarum epiſto-

ſtolarum argumenta metrica, ex Remenſi Flodoardi hiſtoria decerpta ſubjiciemus. Joanni pariter VIII., quemadmodum & Stephano V. & VI. varias epiſtolas, partim ex manuſcriptis Codicibus, partim ex Mabillonio, Martene, Ughello, & Lunigio derivatas ſuperaddemus. In calce tandem Conciliorum ad ætatem Caroli magni pertinentium, Eccleſiaſticas ejuſdem Imperatoris Conſtitutiones collocabimus, quarum aliquas licet exhibeat Labbeus, nos tamen auctiores dabimus & emendatiores ex Mabillonio, & Martene, ipſiſque ejuſdem Martene obſervationem præviam, notaſque adjiciemus.

Seculo X.

His Conciliis, & Conciliorum appendicibus Collectionem noſtram augebimus. I. Afferemus Concilium Romanum coram Ludovico Imperatore, & Benedicto III. pro rebus Eccleſiaſticis diſponendis habitum. II Bergomenſe Diœceſanum dabimus pro reducendis ſecularibus Canonicis ad commune vitæ inſtitutum. III. Conſtantinopolitanum pro Schiſmate Græcorum tollendo, cui præmittemus ipſius *Manſi* Præfationem; ejuſque Concilii decretum ex Jure Græco-Romano decerptum Græce, & Latine hic exhibebimus. IV. Romanum alterum, & ejus quæ ſuperſunt monumenta, nimirum tres Bullas Joannis XIII. in eo datas, ex Lunigio dabimus. V. Ravennatenſe, cujus quidem Actorum ſummam exhibet Labbeus, nos vero genuina ejuſdem Acta reci-

ta-

tabimus ex *P. Manſi.* VI. Veronenſe, in quo jura Veronenſis Epiſcopi in Eccleſias quaſdam in Aquilejenſi Patriarchatu defioiuntur. VII. Concilium quoddam Græcorum, in quo vetitum ne duo fratres duas conſobrinas accipiaot. VIII. Tria alia Romana, quorum duo pro confirmandis Eccleſiæ Trevirenſis juribus, tertium vero pro Ratherio Veronenſi Epiſcopo ſedi ſuæ reſtituendo celebrata ſunt. IX. Tandem plura alia inſeremus, Barcbinonenſe videlicet, Scoannenſe, Altheimenſe, Trevirenſe, Ratiſponenſe, Narbonenſe, Gallicanum, Papienſe, Patavinum, Ingelheimenſe, Veronenſe, Bathonenſe, Engelenheimenſe, Magdeburgeoſe, & Ravennatenſe geminum; quibus Synodum etiam Neſtorianorum adjiciemus, & viginti octo Canones in ea editos, & Synodicam ejuſdem Patriarchæ noviter electi ex Aſſemanno recenſebimus. In Conciliorum cenſum etiam referemus eam inſignem diſputationem, quæ juſſu Græci Imperatoris Nicephori inter Jacobitarum, & Catbolicorum Græcorum Patriarchas de fide inſtituta eſt; cujus quidem Acta ex Synodica Joannis Patriarchæ Jacobitæ ad Meonam Coptorum Patriarcham, quæ extat apud Aſſemannum, hic exhibebimus. Conciliis pariter accenſebimus Canones Aelfrici ad Wulfsinum, quos Vir doctiſſimus David Wilchins notis appoſitis illuſtravit.

Conciliis pariter a Labbeo editis ſua dabimus additamenta nam Concilio Romano Bullam

Digitized by Google

lam adjiciemus Joannis XII. pro Magdeburgenſis, & Merſeburgenſis epiſcopatuum inſtitutione. Cui Bullæ etiam attexemus quinque Canones, & Ottonis Primi Diploma in ea Synodo datum. Conciliis duobus Anſanis ultra annotationem criticam inſtrumentum quodam ſufficiemus. Duobus pariter Romanis, nec non Barchinonenſi, Duisbergenſi, Erphordienſi, & Ravennatenſi non ſpernenda additamenta dabimus ex Udalrici Codice apud Eccardum, ex Martene, Lunigio, & Ughello. Conſtantinopolitanum tandem Pictavenſe, Sandionyſianum, & Senonenſe notis criticis ac chronologicis; nonnulla vero quæ in cauſa Arnulphi Remenſis Epiſcopi celebrata ſunt, erudita *P. Manſi* diſſertatione illuſtrabimus.

Leges tandem qnamplures Eccleſiaſticas ab Angliæ Regibus promulgatas, quas mendis pluribus ſcatentes ex veteri Saxonico caractere deſcripſit Spelmannus, ex eoque Labbeus, nos ex noviſſima Davidis Wilchins interpretatione ſinceriores dabimus, & emendatiores.

Decretales pariter Romanorum Pontificum, videlicet Sergii III. Agapeti II. Joannis XII. XIII. XV. & Gregorii V. nonnullis epiſtolis, Bullis, Privilegiis, aliiſque novis monumentis, auctas in hac noſtra Collectione exhibebimus.

Seculo XI.

Hoc quoque ſeculum plura dabit inedita Concilia huic noſtræ Collectioni noviter inſerenda, videlicet Moguntinum, Ravennatenſe, Ve-

Veronenſe, Legionenſe, Noviomagenſe, Lemovicenſe, Biſuntinum, Auſcenſe, Narbonenſe, Magalonenſe, Amalphitanum, Bituricenſe, Turonenſe, Africanum, Arelatenſe, Sanctonenſe, Navarrenſe, Wigornienſe, Melphitanum, Sveſſionenſe, & Rabolchenſe quadraginta & amplius capitibus conſtans, cui & præviam Patris Peterfy narrationem, & eruditas P. Melchioris Incoffer in ſingula ejus capita animadverſiones ſubjiciemus. His pariter accedent Aquilejenſia duo, Pariſienſia duo, Mediolanenſia, Remenſia, Toloſana, & Burdegalenſia pariter duo; Salonitana, & Germanica incerto loco celebrata tria, Romana novem, & Conſtantinopolitana undecim, quæ ex Jure Græco-Romano Leunclavii plerumque decerpta dabimus. His etiam duas Pſeudo Synodos adjungemus, Moguntinam nempe, quæ licet etiam in Veneto-Labbeana Editione habeatur, accuratius tamen delineata hic exhibebitur; & Romanam a Clemente III. Antipapa & a Schiſmaticis Epiſcopis habitam; cui & litteras Clementis III. ad omnes Chriſtifideles, & Synodicam Pſeudo-Pontificis ejuſdem Clementis, & Concilii ad Clerum Univerſum, aliaque monumenta huc ſpectantia adnectemus. Tandem Conſtitutiones quaſdam Eccleſiaſticas ſub S. Stephano, & ſub Andrea Hungariæ Regibus in Comitiis editas, & Patris Peterſey notis illuſtratas hic in medium afferemus. Suum hic etiam locum habebunt Interrogationes, quibus Epiſcopi diœceſim ſuam luſtrantes de vitiis, ſi-

quæ

quæ forte gliſcerent inter diœceſanos ſuos, inquirebant, quas a Burchardo *P. Manſi* deſumpſit.

Plura pariter Concilia a Labbeo edita recenſebimus, noviſque appendicibus ditabimus. Pariſienſi ſiquidem ſubjiciemus Bullam Joannis XVIII. ex Chartulario Pariſienſi erutam, in qua hujuſce Concilii annus, & res in eo geſtæ continentur. Duobus Romanis ſub Leone IX. varias Bullas addemus, rerumque in iis geſtarum portionem non modicam ſupplebimus. Romano alteri querimoniam Sabinenſis Epiſcopi contra Farfenſes Monachos in eo recitatam, ex Muratorio ſubjiciemus. Francofordienſis Concilii Acta ſincera ac genuina dabimus, eique ultra variantes lectiones, & criticam adnotationem alia monumenta impertiemus. Brixienſis pariter Conciliabuli Acta, quæ ex Benone Schiſmatico dedit Labbeus, integriora, & ſinceriora dabimus ex Udalrici Codice apud Eccardum. Romano alteri, in quo exauctorationis ſententia in Henricum dicta eſt, Gregorii VII. addemus epiſtolam ad Epiſcopos Saxones, & Theutonicos hac de re ſcriptam. Alteri pariter Romano Canones plurimos, aliaque monumenta, quæ in ceteris Collectionibus deſunt, tribuemus, & ſubſcriptiones Epiſcoporum, quas e manuſcripto Floreſienſi dedit Martene, cum iis, quas ex Vaticano codice depromptas vulgavit Labbeus, conferentur, iiſque annotationes & conjecturæ *P. Manſi* ſuperaddentur. Alteri ſimiliter Romano tres Henrici Imperatoris epiſtolas in Grego-

rium

